tiũ ad põs motoꝝ ibi ſũt mot⁹ eq̃ ueloces. ⁊ p ꝯñs p illos mot⁹ ptrãſeũtur eq̃lia ſpatia i eodẽ tpe uł i eq̃li. igr̃ ſi duo mouẽtia diuiſim moueãt duo mo^{lia} diuiſiʒ p aliqđ ſpatiũ i eodẽ tpe illa duo mouẽtia ſimł ꝯgregata pñt mouẽ ſił ꝯgregatũ ex illis duob⁹ motis p eq̃le ſpatiũ i eodẽ tpe cuʒ ſit eadẽ ꝓportio. ⁊ p ꝯñs illi mot⁹ ſũt eq̃ ueloces. ℭ Uñ ẽ notãdũ ꝟm ꝯ^{re} h̃ q illa regła ẽ itelligẽda qñ motores eq̃ ueloces mouẽt põdera eq̃li ſpatio ⁊ i eq̃li tpe. ⁊ põit iſtãtiã ubi mot⁹ diuerſificaŧ i ſpatio. d. q ſi alteruʒ mouẽtiũ mouet vnã ãchorã i vna hora p medietatẽ vni⁹ leuce: ⁊ aliđ mouẽs mouet duas ãchoras i vna hora p vnã leucã: nõ ſeq̃tur q duo motores fuerit ꝯgregati ⁊ ãchore fuerit ꝯgregate ut moueãtur ab eis i illa hora neq̃ʒ p vnã leucã neq̃ʒ p dimidiã. ⁊ rõnẽ hui⁹ aſſignat ꝯ^{tor}. d. q ꝓportio ei⁹ qđ ꝯgregaŧ ex duab⁹ potẽtijs ad duo põdera nõ ẽ ſicꝓportio ſoli⁹ vni⁹ potẽtie ad vnũ põdus. cũ ãt fuerit ſpatiũ ⁊ tps fuerit vnũ tũc ꝓportio ei⁹ qđ cõgregaŧ ex duab⁹ potẽtijs motiuis ad duo põdera mota erit eadẽ ꝓportio. ℭ Sed ꝯ̃ h̃ arguiŧ ſic. ga ſit ita q vn⁹ ut plato poſſit portare duas libras p vnã leucã i vna hora: tũc plato põt portare duaſ libras p medietatẽ leuce i vna hora: ⁊ ſit ita q ſor. poſſit portare vnã librã p medietatẽ leuce i vna hora: tũc arguiŧ ſic. Sor. põt portare vnã librã p medietatẽ leuce i vna hora. ⁊ plato põt portare duaſ libras i vna hora p medietatẽ leuce. g̃ ſor. ⁊ plato pñt portare tres libras p medietatẽ leuce i vna hora: q2 ẽ eadẽ ꝓportio cũ ſpatiũ ⁊ ẽt tps ſit idẽ. ſegr̃ igr̃. ſi ſor. põt portare vnã librã p medietatẽ vniuſ leuce i vna hora ⁊ plato duas libras p vnã leucã i vna hora q ſor. ⁊ plato pñt portare tres libras p medietatẽ vni⁹ leuce i vna hora. cui⁹ oppo^{m}. d. ꝯ^{tor} Et h̃ arg^{m} tenet p illã regulã uerã. vʒ. q̃cq̃d ſeq̃tur ad ꝯñs cũ aliq̃ addito ſeq̃tur ad ãñs cũ eodẽ addito. ℭ Dicẽdũ g̃ q platonẽ portare duas libras in vna hora p vnã leucã põt itelligi dupł. ꝯiũcti. vʒ ⁊ diuiſim. ⁊ ꝯiũcti ſic q nõ põt portare vtrãq̃ʒ librã p totũ ſpatiũ. i. p medietatẽ leuce i vna hora ita q p totã horã portet ꝯgregatũ ex duab⁹ libris uł diuiſim ſic q in vna medietate hore portet vnã librã p medietatẽ leuce ⁊ i alia medietate portet aliã librã i. i alia medie^{te} hore ſi itełł q płó portet duas libras diuiſiʒ p leucã i vna hora ⁊ ſor. vnã librã ſic nõ opʒ q ſor. ⁊ pla. ꝯgregati pñt portare tres libraſ p medietatẽ leuce i vna hora ut mãifeſtũ ẽ đ ſe. Nec ſegŧ. płó põt portare duas libras i vna hora p vnaʒ leucã: g̃ põt portare duas libras p medietatẽ leuce i vna hora ut ſatꝫ pʒ: ⁊ forte illo ſẽſu loq̃tur ꝯ^{tor}. Si võ itelligiŧ ꝯiũcti ſic q płó põt portare duas libras ꝯiũcti i vna hora p vnã leucã ex h̃ ſegŧ ut deductũ ẽ i arg^{to} q płó põt portare duas libras per medietatẽ leuce i vna hora: ⁊ q ãbo ſił pñt portare tres libras p medietatẽ leuce i vna hora: ubi ãt p portare p tm̃ ſpatiũ i tãto tpe itelligaŧ ꝟʒ ultimũ põe uł põrũ portãtiũ ſic nõ ſeq̃tur q ãbo ꝯiũcti. ſ. ſor. ⁊ pla. poſſint portare tres libras p medietateʒ leuce pciſe portãdo ꝟʒ ultimũ põe utriuſq̃ʒ tres libras ſolũ p medietatẽ leuce i vna hora: imo bñ ſeq̃tur q pñt i vna hora portare tres libras p maius ſpatiũ q̃ʒ p medietatẽ leuce ut põt patere cuilibet itelligẽti. ℭ Itẽ ſciẽdũ q ꝯ^{tor}. d. h̃ i fine hui⁹ ꝯ^{ti}. q duo ⁊ treſ hoieſ mouẽt ꝯgregatũ qđ nõ pñt mouẽ ꝟʒ ſegregationẽ. qđ itelligo ſic. vʒ. q ptes ꝯgregati pñt ſic ſegregari abſq̃ʒ ꝓportiõe ad q̃nq̃ʒ hoies diuiſiʒ q q̃nque hoies diuiſim nõ pñt portare ptes cẽtũ ſegregatas: ⁊ tñ q̃nq̃ʒ hoies ꝯiũcti pñt portare ꝯgregatũ ex illiſ ptib⁹. Uerũtñ pteſ poſſẽt ſic ſegregari ꝓportiõabiliŧ in cõpatiõe ad q̃nq̃ʒ hoies q poſſẽt portari a q̃nq̃ʒ hoib⁹ diuiſiʒ. ⁊ ſic itelligit ꝯ^{tor}. ſ. q duo ⁊ tres hoies pñt mouẽ ꝯgregatũ: qđ tamẽ nõ pñt mouẽ per ſegregatũ q̃litercũq̃ʒ fcm̃.

## ℭ Sic igiŧ i alteratiõe ⁊ i augmẽto aliq̃d. q dẽ eni ẽ augẽs: aliq̃d aũt ⁊ qđ augeŧ. In q̃ʒto ãt tpe ⁊ quãtũ aliđ q̃dẽ auget: aliud aũt augeŧ. Et alterãs q̃dẽ ⁊ qđ alteraŧ: ſimiłr aliq̃d ⁊ quãtũ: ꝟm maius ⁊ minus alterata ſunt: ⁊ in q̃ʒto tempore.

ℭ Hec ẽ 1^{a} ps pn^{lis} hui⁹ capł'i i q̃ pħs cõparat mouẽtia ad mota i motu augmẽtatiõis ⁊ alŧatiõis: ⁊ cõtinet tres ptic'las. qm̃ i p^{a} pħs p̃mittit ſuã itẽtionẽ ⁊ qđdã necẽiũ ad ꝓpoſitũ ſuũ. In 2^{o} ibi ⌊In duplo duplũ.⌋ Põit das reg'las i motu augmẽtationis ⁊ alŧatiõis. i 3^{a} ibi ⌊Si ãt alterãs.⌋ Excludit vnã regulã falſã i motu alŧatiõis ⁊ augmẽtationiſ cõparãdo adiuicẽ mouẽtia ⁊ mota. In p^{a} igr̃ pti^{la} hui⁹ ptis phũs p̃ p̃mittit itẽtũ ſuũ. d. q ſic ẽ i motu locali ita ẽ i alŧatiõe ⁊ augmẽtatiõe. i. q eedẽ regłe q̃ ſũt i motu locali ſũt ẽt i motu augmẽtatiõis ⁊ alŧatiõiſ. ℭ Deĩde phũs p̃mittit qđdã necẽiũ ad ꝓpo^{m} ſuũ ſic fec̃ i ẗctãdo de motu locali. d. q i motu augmẽtatiõis aliq̃d ẽ augẽs. ⁊ aliq̃d qđ augeŧ ⁊ eodẽ mõ ẽ i motu alŧatiõis. vʒ. q ibi ẽ aliq̃d alterãs. ⁊ aliq̃d qđ alŧaŧ ⁊ illđ qđ auget ⁊ illđ qđ augeŧ ẽ q̃ʒtũ. ⁊ ẽt illđ qđ alŧat ⁊ illđ qđ alŧaŧ ẽ q̃ʒtũ ⁊ tã augmẽtatio q̃ʒ alŧatio ſit i tpe q̃ʒto. ⁊ illa q̃ alteranŧ ꝟʒ magis ⁊ min⁹ ſũt alŧata ꝟm maiorẽ ⁊ minorẽ exceſſũ potentie alterantis ſup potentiã alterati. ⁊ ideo alteratio ſemper ſit in tempore quãto.

## ℭ In duplo duplum.

ℭ Hec ẽ 2^{a} pti^{la} hui⁹ ptis i q̃ phũs põit reg'las das i motu alŧatiõis ⁊ augmẽtatiõis q̃ ſũt 4^{or}. Pria regła ẽ q ſi aliqđ alterãs alŧat aliqđ alte^{le} ſeu augmẽtãs augmẽtet aliqđ augmẽtabile i aliq̃ tpe eadẽ ṽt⁹ i duplo tpe alŧabit uł augmẽtabit idẽ alŧabile uł augmẽtabile ad q̃ʒtitatẽ duplã. ſ. i duplo itẽſiorẽ uł ad duplã q̃ʒtitatẽ: ⁊ h̃ ẽ qđ diẽ pħs i duplo. ſ. tpe duplũ cãbit: ⁊ h^{c} ẽ 21^{a} ꝯ̃ de ãnexis q̃ põt ꝓbari p h̃ q eadẽ ẽ ꝓportio agẽtꝫ ad aliquẽ effectũ i aliq̃ tpe ⁊ eiuſdẽ agẽtꝫ ad duplũ effectũ i duplo tẽpore: ⁊ hec regula intelligitur ceteris parib⁹. i. q agens nõ debiliteŧ in agendo ⁊ q non ſit aliqđ ipedimẽtũ magis ex vna parte q̃ʒ ex alia.

## ℭ Et duplum in duplo.

ℭ 2^{a} regła ẽ q dupla ṽt⁹ i eq̃li tpe cãbit duplã q̃litatẽ uł q̃ʒtitatẽ. Et h^{c} ẽ 22^{a} ꝯ̃ de ãnexis q̃ põt ꝓbari ſicꝫ ꝯ̃ p̃cedẽs. vʒ. p h̃ q eadẽ ẽ ꝓportio agentꝫ ad aliquẽ effectũ ⁊ duplicis agentꝫ h̃ ẽ agentꝫ i duplo fortioris ad duplicẽ effectũ ⁊ hãc regulam intendit pħs cũ dicit ⌊Et duplũ in duplo.⌋ hoc ẽ ṽt⁹ in duplo fortior cauſabit duplũ effectũ in eq̃li tempore.

## ℭ Medium autem in medio tempore.

ℭ 3^{a} regła ẽ q ſi aliq̃ põ cãt aliq̃ʒ q̃litatẽ uł q̃ʒtitatẽ i aliq̃ tpe cauſabit medietatem q̃litatꝫ uł quãtitatis i medietate tẽporis. ⁊ hec eſt 23^{a} ꝯ̃ de annexis que poteſt ꝓbari per hoc. q2 ꝓportio totius virtutis



ad medietatẽ ẽ dupla ad ꝓportiões toti⁹ ṽtutꝫ ad totũ: g̃ i duplo i miori tpe cãbit medietatẽ effect⁹.

## ℭ Aut in medio mediuʒ: aut in eq̃li duplũ.

ℭ Quarta regła ẽ. Si ṽt⁹ aliq̃ cãt aliq̃ʒ q̃litatẽ uł q̃ʒtitatẽ i aliq̃ tpe medietas ṽtutꝫ cãbit medietatẽ q̃litatis uł q̃ʒtitatꝫ i eodẽ tpe: ⁊ h^{c} ẽ 24^{a} ꝯ̃ de ãnexis q̃ põt ꝓbari p h̃ q eadẽ ẽ ꝓportio toti⁹ ad totũ. ⁊ medietatꝫ ad medietatẽ: ⁊ hãc ꝯ̃nẽ itẽdit pħs cũ diẽ. aut i medio me^{m}. h̃ ẽ ṽt⁹ i medio h̃ ẽ medietas ṽtutis cãbit mediũ. i. medietatẽ effect⁹ i eodẽ tpe: ⁊ ſi ſit dupla ṽt⁹ i eq̃li tpe cãbit duplã q̃litatẽ uł q̃ʒtitatẽ: ⁊ hec eſt regula ſecunda poſita ſuperius.

## ℭ Si aũt alterãs: aut augẽs tãtũ i tãto tpe augeŧ: aut alteret: nõ neccẽ ẽ mediũ i medio: ⁊ in medio mediũ. Sed nihil ſi cõtingit augmẽtabit aut alterabit: ſicꝫ ⁊ i graui.

ℭ Hec ẽ 3^{a} pti^{la} 2^{e} ptis pn^{lis} hui⁹ capł'i i q̃ pħs excludit vnã regulã falſã i motu alteratiõis ⁊ augmẽtatiõis ⁊ ẽ q ſi aliq̃ ṽt⁹ alteret uł augeat tãtũ in tãto tpe medietas ṽtutꝫ mouebit tãtũ i tãto tpe uł i medio tpis uł in duplo tpe. iſta regła ẽ falſa. q2 ei⁹ oppoſitũ ẽ ueꝝ. ſ. q nõ opʒ q ſi aliq̃ ṽt⁹ alteret uel augeat tãtũ i tãto tpe q medietas ṽtutꝫ alŧet uł augmẽtet tãtũ i aliq̃ tpe ſiue i tpe eq̃li ſiue in duplo ſiue i medietate tpis ſic dcm̃ ẽ de g̃ui. Uñ opp^{m} reg'le p̃dicte falſe põt poni 25^{a} ꝯ̃ de annexis hui⁹ li. ſ. q nõ opʒ q ſi aliq̃ ṽt⁹ alteret uł augmẽtet aliqđ totũ i aliq̃ tpe q medietas ṽtutꝫ poſſit alterare uel augmẽtare tãtũ i aliq̃ tpe: hec ꝯ̃ ꝓbaŧ p ſiłe ſic. Sicꝫ ẽ in motu locali ita ẽ i motu alteratiõis ⁊ augmẽtatiõis. ſʒ i motu locali nõ opʒ q ſi aliq̃ ṽt⁹ poſſit mouẽ localr̃ aliqđ g̃ue h̃ ẽ aliqđ g̃ue põdus q pp h̃ medietas ṽtutꝫ poſſit mouẽ localr̃ tãtũ põduſ i aliq̃ tpe ut viſũ eſt ſupi⁹. ℭ Iſtã ꝓbõnẽ tãgit pħs. d. ſicꝫ ⁊ i g̃ui h̃ ẽ ſicꝫ i mouẽdo g̃ue uti portãdo põduſ g̃ue nõ opʒ q medietaſ ṽtutꝫ poſſit mouẽ totũ g̃ue i aliquo tpe. Ita nec i motu augmẽtatiõis ⁊ alteratiõis opʒ q medietas ṽtutꝫ poſſit alŧare uł augmẽtare totũ i aliq̃ tpe. ℭ Hic ſr̃ duo nõnda. p^{m} eſt q cã pp quã aliđ totũ põt alŧare aliqđ corp⁹: ⁊ tñ ei⁹ medietas nõ põt alterare idẽ corp⁹ ẽ dupł. vna cã p̃t eẽ pp diſtãtiã ut. ſ. q2 corp⁹ alŧabile tãtũ diſtat q̃ʒtũ medietas diſtat toti⁹. nõ p̃t agẽ p tãtã diſtãtiam p q̃ʒtã totũ alterãſ põt agẽ. Alia cã põt eẽ ꝯ̃rietas q̃ ẽ ex pte vna ⁊ nõ ex pte altera ut q2 totũ alterãs hẽt ꝯ̃rietatẽ ad alŧabile ſufficiẽtẽ ad actionẽ ⁊ medietas alterantꝫ nõ hẽt tãtã ꝯ̃rietatẽ ad alterabile q̃ʒta req̃riŧ ad actionẽ ⁊ augmẽtationẽ. Uł dĩ q cã hui⁹ ẽ q2 ṽt⁹ toti⁹ maior ⁊ fortior ẽ q̃ʒ ṽt⁹ medietatꝫ. ℭ 2^{o} ẽ notãdũ q cũ phũs diẽ i tex. In medio mediũ aut in equali duplũ. q pħs p medium uel duplũ in alteratione nõ ſemp intelligit duplũ uel mediũ mobilis: ſed per duplum uel medium itelligit duplũ ⁊ me^{m} forẽ ꝟm quã ſit alteratio uel augmẽtatio q̃litatꝫ uł q̃ʒtitatꝫ q̃ ſe hẽt ad alŧationẽ uł augmẽtationẽ ſicꝫ ſe hẽt lõgitudo ſpatij ad motũ localẽ. Et p h̃ finiŧ h̃ modicũ de expõne ſeptimi pħicoꝝ qđ mihi viſũ ẽ ex itẽtiõe pħi ⁊ ꝯ^{ris} ⁊c̃.

ℭ Finit liber ſeptimus de phiſico auditu.

ℭ Incipit liber octauus.

Ed utꝝ fact⁹ ſit aliqñ mo
6 t⁹ cũ nõ eẽt pri⁹: ⁊ corrũ
pit iteꝝ: ſic q moueri nihil ſit: aut neq̃ʒ fact⁹ ẽ: neq̃ʒ corrũpiŧ: ſed erat ſemper ⁊ erit: ⁊ hoc imortale: ⁊ ſine quiete exiſtit in his que ſunt ut vita quedam nãoib⁹ ſubſiſtẽtib⁹. Eſſe q̃dẽ igitur motũ oẽs affirmãt de nã aliq̃d dicẽteſ ꝓpter h̃ q nõdũ faciũt ⁊ de g̃ñatiõe ⁊ corruptiõe eſſe ꝯſideratiõeʒ oib⁹ ipis. q imꝑoſſibile eſt eſſe: niſi ſit motus.

Ste ẽ octau⁹ ⁊ ultim⁹ liber pħicoꝝ i q̃ ꝯti
i neŧ 4^{or} ẗctat⁹ q2 i p̃ detmiaŧ de eẗnitate ⁊
finitate mot⁹. In 2^{o} ibi ⌊Pri^{m} ãt ꝯſiderõnis.⌋ detminaŧ de imobi^{te} p̃mi motoris. In 3^{o} ibi ⌊Aut ṽo aliđ.⌋ detmiaŧ de p̃mitate motuũ ingrẽdo ⁊ decłando q̃s mot⁹ ẽ p̃m⁹ motuũ. In 4^{o} ãt ibi ⌊Qđ ãt ipartibile.⌋ detmiaŧ de ipartibilitate p̃mi motoris. Prim⁹ tractat⁹ ꝯtiet duo capła. q2 i p̃ declaraŧ q p̃m⁹ mot⁹ ẽ eẗn⁹ ex pte añ ⁊ ex pte poſt. In 2^{o} ibi ⌊Cõtraria ãt ⁊c̃.⌋ ponunŧ ⁊ ſoluunŧ rõnes q̃ videnŧ deſtruẽ eternitatẽ p̃mi mot⁹. Primũ cap^{m} ꝯtiet tres ptes pn^{les}. qm̃ i p^{a} pħs ꝓpõit itẽtionẽ ſuã ⁊ cãm intẽtionis. In ſcđa ibi ⌊Incipiem⁹ aũt.⌋ Decłat itẽtionẽ ſuam oſtẽdẽdo q ſemp fuit mot⁹. In 3^{a} ibi ⌊Sʒ nõ aliqñ.⌋ reprobat opiones ponentiũ nõ ſemp fuiſſe motũ ut opionẽ Anaxa. ⁊ Empedo. Prima ps ꝯtinet tres pti^{las}: qm̃ i p^{a} phũs põit itẽtionẽ ſuã ⁊ cãʒ itẽtionis. In 2^{a} ṽo ibi ⌊Sʒ q̃ʒti q̃dẽ.⌋ põit opiones antiq̃ruʒ ad utrãq̃ʒ ptẽ q̃õnis. i 3^{a} ibi ⌊Cõſiderãdũ igiŧ.⌋ oñdit utilitatẽ hui⁹ iq̃uiſitiõis. In p^{a} igiŧ pticula hui⁹ partiſ phũs ꝓponit itẽtionẽ ſuã ⁊ q̃õnẽ ſuã. d. q poſt p̃dcã q̃rẽdũ ẽ ⁊ cõſiderãdũ: utꝝ mot⁹ ſit fact⁹ aliqñ: ita q nunq̃ʒ pri⁹ fuit mot⁹. ⁊ ẽt ẽ q̃rẽdũ utrũ mot⁹ aliqñ cõrũpeŧ: ita q nihil mouebiŧ poſtea uł nũq̃ʒ fact⁹ ẽ mot⁹ de nouo q̃n ſp fuit mot⁹: neq̃ʒ aliqñ corrũpeŧ ſʒ ſp erit mot⁹ tãq̃ʒ qđdã imortale ⁊ ideficiẽſ ſine q̃ete. Ita q nunq̃ʒ oia q̃eſcũt: ſʒ q mot⁹ ẽ tãq̃ʒ vita ideficiẽs ⁊ imortalis oib⁹ exñtib⁹ p nãʒ. Uñ breuiter itẽtio pħi ẽ q̃rere an ſp fuit mot⁹ ⁊ ſp erit uel nõ ſp fuit mot⁹ ⁊ erit. ℭ Et eſt ſciẽdũ q phũs hic cõparat adiuicẽ motũ ⁊ vitã q2 ſic videm⁹ eſſe i aialib⁹. vʒ. q aialia viuũt q̃ʒ diu appet i eis aliq̃s mot⁹. ſʒ ceſſãte oĩ motu ab aialib⁹ dñr aialia mori: ⁊ iđ mot⁹ aſſiłaŧ vite. Eſt eni mot⁹ q̃ſi vita corpoꝝ nãliũ q̃ueadmodũ aia i vita corpoꝝ aiatoꝝ. ℭ Eẽ q̃dẽ ⁊c̃. ⌊Cãʒ hui⁹ inq̃ſitiõis aſſig̃t. ſ. an ſp fuit motus ⁊ ẽ iſta: q2 pħs itẽdit p̃ſcrutari an mũdus ſit eẗnus uł de nouo factus: quã p̃ſcrutationẽ faciet in libro celi. ℭ Sʒ ad ſciẽdũ an mũdus ſit etern⁹ opʒ p̃ſcire an mot⁹ ſit etern⁹. qđ pʒ. q2 oẽs loq̃ẽtes de nã. i. de factura mũdi affirmãt motũ eẽ: nõ eni pñt aliq̃ ponẽ mũdũ eẽ fcm̃ aut g̃ñationẽ ⁊ corruptionẽ mũdi niſi ꝓcedãt motũ eẽ. vñ mũdus ⁊ motuſ ꝯſeq̃uŧ ſe q̃ʒtũ ad eẽ eẗnuʒ ⁊ q̃ʒtũ ad eẽ de nouo factũ. ita q ad hoc q ſciaŧ mũdũ eẽ eternũ uel de nouo fcm̃ opʒ ſcire motũ eẽ eẗnũ uł de nouo fcm̃. ℭ Eſſe q̃dẽ igiŧ.⌋ Quidã aũt dicũt q phũs i hoc loco rñdet cuidã tacite q̃õni q̃ talis eſt. Motũ eẽ eternũ p̃ſupponit motũ eẽ. g̃ prius vĩ eſſe ingrẽduʒ an motus ſit in reb⁹ q̃ʒ ſit ingrẽdũ an mot⁹ ſit eternuſ. Cui rõni rñdet phũs dicẽs q nõ eſt inq̃rẽdũ in ſcia nãli an motus ſit in rebus: q2 hoc eſt per ſe manifeſtum oibus loquẽtibus de natura ⁊ de p ſe manifeſtis non eſt ingrẽdũ. Qđ aũt motũ eẽ in

rebꝰ ſit ꝑ ſe manifeſtū: patet ꝑ h. qꝛ oēs q̄ locuti ſūt de nā affirmant ꝙ motꝰ ſit ut patet de his qui ponunt mundū eſſe factū ⁊ de his qui ꝯſiderant de gn̄atiōe ⁊ corruptiōe rer̄ que nō pn̄t eē ſine motu.

¶ Sed quāti qdē īfinitos mūdos dicūt eē ⁊ quoſdā qdē fieri: quoſdā aūt corrūpi: h mūdorū ſp̄ dicūt eē motū. Neceſſariū enī gn̄ationes ⁊ corruptiōes cū motu eē ipſorū. Quicūqȝ aūt vnū ⁊ nō eē ſemp̄: ⁊ de motu apponunt ſm rationem.

¶ Hec ē 2ᵃ ptiᵃ pᵉ ptis pn̄ˡⁱˢ huiꝰ capl'i i qua phūs ponit opiōes antiq̄rū ad utrāqȝ ptē q̄ōnis narrā do ꝙ oēs antiq ꝓportiōabil'r dicūt de eternitate mūdi ⁊ de eternitate motꝰ. Et p̄ ponit opiōnē dicētiū ſp̄ eē motū. 2ᵒ ponit opiōnē dicētiū motū nō ſp̄ eē. ⁊ h ibi [ Quicūqȝ aūt. ] Primo igit̄ ponit opiniōnē Democriti q̄ poſuit īfinitos mūdos eē in diuerſis ptibꝰ īfiniti uacui ⁊ q̄ſdā aliq̄n gn̄ari ⁊ alios corrūpi: ita ꝙ gn̄atio vniꝰ mūdi ē corruptio alt'ius mūdi ⁊ eꝯ: ⁊ ſic ipſe ⁊ ſui ſequaces dixerūt mūdū ſp̄ fuiſſe: qꝛ ſtatī poſt vnū mūdū gn̄at̄ aliꝰ mūdus: ita ēt dixerūt motū ſp̄ fuiſſe: nec tn̄ dixerūt aliquē vnū motū ſemp̄ fuiſſe. ſed dixerūt motū ſp̄ fuiſſe ꝑ ſucceſſionē vniꝰ motꝰ poſt aliū motū: qm̄ ipſi poſuerūt mūdū ſp̄ eē ꝑ ſucceſſionē vniꝰ mūdi poſt aliū. Nā dixerūt ꝙ gn̄atio vniꝰ mūdi ē corruptio alt'iꝰ ⁊ gn̄atiōes ⁊ corruptiōes nō ſūt ſine motu: iō ſicut dixerūt mūdū ſp̄ eē ⁊ ſp̄ fuiſſe ꝑ ſucceſſionē: ita dixerūt motū ſp̄ eē ⁊ ſp̄ fuiſſe ꝑ ſucceſſionē. ¶ Quicūqȝ aūt. ] Hic phūs ponit opiōnē ponētiū ꝙ nō ſp̄ fuit motꝰ dicēs ꝙ q̄cūqȝ nō poſuerūt pl'es mūdos ſȝ tm̄ vnū mūdū ⁊ illū nō ſp̄ fuiſſe: ſed aliq̄n incepiſſe ſicut Anax. ⁊ Empe. poſuerūt. illi oēs ꝯſil'r dixerūt de motu. ſ. ꝙ nō ſp̄ fuit motꝰ ſed aliq̄n īcepit ⁊ ſic pȝ ꝙ q̄dā antiquorū dixerūt ꝙ ſp̄ fuit mūdus per ſucceſſionē vniꝰ mūdi poſt aliū. ⁊ illi ꝓportionabil'r dixerūt de motu. ſ. ꝙ ſp̄ fuit motꝰ ꝑ ſucceſſionē vniꝰ motꝰ poſt aliū. Et q̄dā dixerūt ꝙ nō ſp̄ fuit mūdus ut illi q̄ pōebāt tm̄ vnū mediū eē. ⁊ iſti ꝯſil'r dixerūt de motu. ſ. ꝙ nō ſp̄ fuit motꝰ: ſed qn̄qȝ icepit motꝰ eē ita ꝙ nullus motꝰ pꝰus exiſtebat. ⁊ iſti ſm rōnē dixerūt in h ꝙ ꝯſil'r dixerūt de mūdo ⁊ de motu. Rōnabile enī ē ꝙ ſi nō ſp̄ fuit motus ꝙ nō ſp̄ fuit mūdus. ⁊ eꝯ. Et ex h manifeſtū ē ꝙ q̄ hēt ꝯſiderare de eternitate mūdi hēt ꝯſiderare de eternitate motꝰ. ¶ Notādū ꝙ ꝯᵗᵒʳ mouet hic q̄ōnē: utrū phs itēdit oñdere eternitatē motꝰ in cōi: u'l ſolū eternitatē p̄mi motꝰ: ⁊ dic̄ ꝙ ſm q̄d appet p̄ aſpectu phs oñdit h motꝰ eternitatē i cōi. h enī itellexerūt alpharabiꝰ Aui. ⁊ auēpace hyſpanus. vȝ. ꝙ itētio phi ē i pn̄ᵒ huiꝰ t̄ctatꝰ decl'are ꝙ añ oēm motū ē motꝰ ⁊ añ oēm trāſmutationē ē trāſmutatio: ⁊ ꝙ motꝰ nō deficit ſȝ genꝰ ut h ꝓcedat ad decl'andū motū eē p̄ᵐ ⁊ eternū q̄ cōtinet oīa ſiue ſit vnꝰ ſiue pl'es. Et ꝯᵗᵒʳ q̄ſtū ad illd dubiū dicit ſic. Ego aūt cū credebā expōnē huiꝰ loci eē iſtā. vȝ. ꝙ phs itēdit ꝓbare ꝙ añ motū ē motꝰ ita ꝙ motꝰ nō deficiet ſm genꝰ: erā aliq̄ntulū i errore. Et dicit ꝙ phs h itēdit ꝓbare p̄ᵐ motū eē eternū aut p̄mos motꝰ eē eternos ſi ſint pl'es. Et dic̄ ſic iueni ſm oēs ſuos ꝯuenientes ſibi adiuicē ſm illā itētionē nō ſm expōnē q̄ vī p̄ aſpectu q̄d decl'at dicēs ꝙ al'r decl'atio phi eēt diuuta. Et dic̄ ꝙ phūs loquens de p̄ motu dic̄. ē quaſi vita eorū q̄ ꝯſtituūtur ꝑ nām. Uñ ꝓbat ꝯᵗᵒʳ ꝙ itētio phi ē h ꝓbare p̄ᵐ motū eē eternū ⁊ h oñdit ꝑ h. qꝛ phs dicit ꝙ motꝰ de q̄ itēdit ē q̄ſi vita eorū q̄ cōſtituūtur ꝑ nām. ⁊ ēt ꝑ h qꝛ phs induc̄ diffōnē motꝰ ad decl'andū p̄ᵐ motū eē eternū ⁊ nō ad decl'andū ꝙ añ oēm motū ē motꝰ ut credidit Alpharabiꝰ. Et dic̄ ꝯᵗᵒʳ ꝙ nō ē uer̄ ſm intētionē phi ꝙ añ oēm motū erat motꝰ. qꝛ añ motum ꝯtinētē totū nō ē motꝰ. Sil'r ꝙ añ trāſmutationē q̄ ē p̄ᵃ trāſmutatio ſit trāſmutatio ē fl'm. ſȝ iſtd. vȝ. añ oēm trāſmutationē ē trāſmutatio. ē uer̄ de motibꝰ ptic'laribꝰ q̄s ꝯtinet motꝰ u'lis ſm q̄d h. ſ. eternitas u'l eē eternū ſeq̄tur motū u'lē. nō qꝛ h. ſ. eē eternū exiſtit i eis p̄ ⁊ eēntial'r. hᶜ ꝯᵗᵒʳ. Uñ breuit̄ ſm hāc expōnē ꝯᵗⁱˢ phs itēdit h ꝓbare eternitatē p̄mi motꝰ: ⁊ h ꝑ diffōnē motꝰ ut videbit̄ i 2ᵃ pte huius capl'i. Uñ eē eternū p̄ ⁊ eēntial'r ieſt p̄ motui ⁊ ieſt alijs motibꝰ ꝑ accn̄s ſolū. ſ. rōne p̄mi motꝰ. Nec phs ꝓbat eternitatē p̄mi motꝰ ꝑ eternitatē ſucceſſionis motuū ptic'lariū adiuicē tanq̄ ꝑ ſignū: qꝛ non dū ē decl'atū de eis. ſ. de motibꝰ ptic'laribꝰ eos eē tales ꝑ accn̄s. ſ. ſp̄ ſibi adiuicē ſuccedētes. Sic igr̄ pȝ ꝙ itētio phi ē dupl'r expō itētiōis i h loco. Quarū vna ē ꝙ phs itēdit h ꝓbare ꝙ motꝰ eſt eternꝰ ſȝ genꝰ. Alia ē ꝙ phs itēdit ꝓbare motū p̄ᵐ eē eternū ⁊ utrāqȝ harū expōnū aliq̄n tenuit ꝯᵗᵒʳ ut ipſe aſſerit. Et pᵃ expō p̄ aſpectu appet dior. ſȝ ſm eū 2ᵃ expoſitio ē ſimpl'r certior ⁊ tenēda. Sic igr̄ pȝ ꝙ itētio ꝯᵗⁱˢ ē iſta. vȝ. ꝙ phs itēdit h ꝓbare eternitatē p̄mi motꝰ. ſ. motꝰ celi. ⁊ vī ꝙ ꝯᵗᵒʳ decl'et h ex 4ᵒʳ. q̄rū p̄ᵐ ē: qꝛ al'r rōnes phi eēnt iſufficiētes niſi ꝓbarēt p̄ᵐ motū eē eternū. qm̄ alij motꝰ nō ꝯtinuant̄ niſi ꝑ p̄ᵐ motū. ſ. ꝑ motū celeſtē: ⁊ iō rōnes ſue non ſufficerēt ad ꝓbādū motū eē eternū niſi arguerent de p̄ motu. ſ. celeſti. ¶ Scōm ē qꝛ phs ingrit h an motꝰ q̄ ē vita q̄dā his q̄ ſubſiſtūt ſm nām ſit factꝰ u'l eternꝰ. ſed motꝰ p̄mꝰ. ſ. celeſtis maxīe vī eē vita. iō vī ꝙ phs h loquat̄ de motu celeſti. ¶ 3ᵒ pȝ idē ex mō arguēdi. Arguit enī ſic. oēm motū nouū p̄cedit aliq̄s motꝰ. ſȝ nullus motꝰ aliꝰ a motu celi p̄cedit oēm motū nouū: cū igit̄ phs h loquat̄ de motu q̄ p̄cedit oēs motū nouū: pȝ ꝙ phūs loq̄tur hic de motu celi i ꝓbādo motū eē eternū. ¶ Quarto pȝ idē ꝑ h ꝙ phs ꝑ diffōnē motꝰ ꝓbat motū eē eternū ꝑ h. qꝛ motꝰ ē actꝰ mobil' iquātū moˡᵉ. ⁊ ꝑ ꝯñs motus p̄ſupponit moˡᵉ: ⁊ ꝑ h ꝙ motꝰ p̄ſupponit moˡᵉ nō ꝓbat motū eē eternū ſȝ genꝰ: ſȝ ꝙ aliq̄s vnꝰ motꝰ. ſ. motꝰ celeſtis ē eternꝰ. Mihi videt̄ ꝙ 2ᵃ expoſitio ſit vā: ⁊ addo vnā rōnē ad ꝓbādū. Nā phs i 2ᵒ ca. huiꝰ p̄mi t̄ctatꝰ. ſ. ibi. Nā ꝯria āt his. pōit ⁊ ſoluit rōnes q̄ vident̄ eē ꝯ p̄maȝ ꝯnē huiꝰ li. ſȝ ille rōnes ſolū ꝓbāt ꝙ vnꝰ motꝰ nō ē ꝯtinuꝰ ⁊ ꝑpetuꝰ. ⁊ nō ꝓbat ſucceſſionē motuū nō eē ꝑpetuā. ut ſatiȝ pȝ. iō vī ꝙ phs h ꝓbat aliquē vnū motū eē ꝯtinuū ⁊ ꝑpetuum. ⁊ ille ē motꝰ p̄mꝰ. ſ. motꝰ celeſtis. Et hāc opiōnē tenet dicēs dn̄s Albertꝰ ꝙ phūs itēdit h ingrē ſi ſit aliq̄s motꝰ ꝑpetuꝰ q̄ ſit cā ſucceſſiōis aliorū motuū: qꝛ ſi demr̄arēmꝰ hic ſucceſſionē iferiorum motuū eē ꝑpetuā: ⁊ ꝑ h uellemꝰ tanq̄ per ſignum ſeu tanq̄ ꝑ effectū demr̄are ꝙ vnꝰ ē p̄mꝰ motꝰ ⁊ ꝑpetuꝰ: tc̄ eēt demr̄atio iſufficiēs: ⁊ eēt demr̄atio circularis. qm̄ hic ꝯcluderet̄ ꝙ eēt aliq̄s motꝰ ꝑpetuꝰ ꝑ h. qꝛ ſucceſſio motuū eſt ꝑpetua. Et in 2ᵒ de gn̄atione ꝯcludit motꝰ iferiores eē ꝑpetuos ſȝ ſucceſſionē ꝑ h ꝙ latio circ'li ē ꝑpetua. ⁊ tc̄ eēt demr̄atio



circularis. Et ꝓpᵗ h dic̄ Alber. ꝙ phs h ineſtigat illud ex q̄ i 2ᵒ de gn̄a. ꝓcedit. vȝ. ꝙ ē aliq̄s vnꝰ motꝰ p̄mꝰ ⁊ ꝑpetuꝰ q̄ ē cā ꝯtīue ſucceſſiōis motuū iferiorū ⁊ i mā gn̄abiliū ⁊ corruptibiliū. ¶ Alijs tm̄ nō placet ſic dicē. ſȝ dn̄t ꝙ phs h ꝓbat motū ſȝ genꝰ ſeu motū i cōi eē ꝑpetuū. ⁊ h ꝓbāt quadrupl'r. tū qꝛ media ſūt cōia: tū qꝛ iferiꝰ faciet ingſitionē ſpālē de eternitate p̄mi motꝰ q̄d non faceret ſi h eſſet ſufficiēter oñſū: tū qꝛ phs iferiꝰ i demr̄ando p̄mū motū eē ſempitnū utit̄ demr̄atiōe h: q̄d nō faceret ſi h ꝓbaret p̄ᵐ motū eē eternū: tū qꝛ iferiꝰ ingrit an aliq̄a ſemp̄ moueātur: q̄d fruſtra q̄reret ſi h ꝓbaret motū celeſtē eē eternū. ¶ Mihi tm̄ vī ꝙ rōnes ille nō ꝯcludāt. pᵃ enī nō ꝯcludit. qꝛ ꝑ media cōia appropiata ꝯnī ſpāli pōt ꝓbari ꝯ ſpālis: ⁊ ſic ē hic ut videbit̄. nec ēt rō 2ᵃ ꝯcludit: qꝛ phs frequēter ꝓbat eādē ꝯnē in diuerſis locis. ⁊ iō cū h ꝙ inferiꝰ ꝓbat motū eē eternū: bn̄ ſtat ꝙ ēt h ꝓbat illd idē: ꝑ aliū tm̄ ⁊ aliū meᵐ h ⁊ ibi. nec 3ᵃ rō ꝯcludit. qꝛ phs iferiꝰ i ꝓbādo p̄ᵐ motū eē eternū utit̄ aliq̄bꝰ decl'atiōe h. ſed non utit̄ ꝯne p̄ncipali h decl'arata. Nec ualet rō 4ᵃ qꝛ phs iferiꝰ ubi ingrit an aliqua ſemp̄ moueātur itēdit decl'are q̄ ſemp̄ mouent̄ ⁊ q̄ nō. Uñ in multis locis querit phs illud q̄d prius decl'auit. qꝛ m'ltotiēs ⁊ i uarijs locis q̄rit eādē ꝯnē ſicut multotiēs decl'at ꝯnē eādē in diuerſis locis.

¶ Si igitur cōtingit aliq̄n nihil moueri: dupl'r nece eſt h accidere. Aut enī ſic Anaxagoras dicit. īquit enī ille ſil' oībꝰ exiſtentibꝰ ⁊ quieſcētibꝰ i īfinito tp̄e motū facere ⁊ itellectū ⁊ diſgregare. Aut ſicut Empedocles i pte moueri: ⁊ iterū q̄ſcere. Moueri quidē cū amicitia ex m'ltis faciat vnū aut diſcordia m'lta ex vno. Quieſcere āt in medijs tp̄ibꝰ dicēs ſic: inquātū q̄dē ex pl'ibꝰ vnū dicit aptū fieri: inquātū āt iterū ex vno gemiato pl'ima ꝑficiūtur. Sic q̄ fiunt res: ⁊ nullo mō ipſiꝰ ē ſm vnū: ſic aūt ꝑmutant̄ nec ſimul ꝑficiunt̄. Sic autem ſp̄ ſūt imobiles ſm circulū. Hoc enī ꝙ ſic ꝑmutātur ab hic ide dicē ipȝ opinādū ē. Cōſiderādū igit̄ de hoc quō ſe hēt: pre ope enī ſolū ad nāe ꝯſiderationē ſcire ueritatē. ſed ad ſcientiā de principio p̄mo.

¶ Hic oñdit ꝙ ponētiū motū nō eē eternū erāt due opiones: quarū vna fuit Anax. 2ᵃ vō fuit Empedoclis. Nā Anaxagoras poſuit ꝙ oīa p̄ exiſtebāt in q̄dā chaos cōfuſo tp̄e īfinito ſub q̄ete. ita ꝙ nunq̄ p̄fuit motꝰ: ⁊ ꝙ poſtea icepit itellectꝰ q̄ eſt deꝰ apō ipȝ diſtīguere ex mixto ⁊ exhere ea de latitatione i actū. Uñ breuiter Anax. poſuit ꝙ oīa p̄ q̄ſcebāt tp̄e īfinito ⁊ in q̄dā chaos: ⁊ poſtea itellectꝰ qui ſolus eſt impmixtꝰ icepit mouere ⁊ diſtīguere illud chaos ꝯfuſū ſeparādo res abiuicē ⁊ cāndo motū. ¶ Alia vō fuit opīo Empedoclis ponētis ꝙ in aliqua pte tp̄is eſt motꝰ ⁊ in aliqua nō. ſed tūc omnia q̄ſcebāt. ponebat enī ꝙ amicitia u'l diſcordia ſiue lis erāt pᵉ cāe oīum: ita ꝙ amicitia i cōgregādo u'l vniēdo el'ta ⁊ ptes vniuerſi ē cā corruptiōis mundi: qm̄ eē vniuerſi ꝯſiſtit i ordine ⁊ diſtictiōe ptiū: ⁊ poſuit ꝙ lis in ſegregādo el'ta ⁊ ptes vniuerſi ab iuicē ē cā gn̄atiōis mūdi reſpectu tm̄ mixtorū poſuit eꝯ: qm̄ amicitia ꝯgregādo el'ta adiuicē ē cā gn̄atiōis mixtorū. ⁊ lis i ſegregādo ē cā corruptionis mixtorū. In medio āt tp̄e motꝰ iter actionē litis ⁊ actionē amicitie poſuit oīa eē i q̄ete. ⁊ ſic dicit ꝙ i īfinitū motꝰ totiꝰ ſuccedit q̄eti ⁊ q̄es motui. ⁊ hanc ſniāȝ ſcripſit metrice: ut pȝ i l'ra. ¶ Uñ ſciēduȝ ſm ꝯʳᵉᵐ h ꝙ phs i recitādo opiōnes illorū q̄ poſuerunt mūdū nō ſp̄ eē nō recitauit opiōnē Platonis: quia Plato poſuit mūdū icipē eē: nō tm̄ poſuit motū icipe eē: qꝛ dicit ꝙ anteq̄ mūdus eēt factꝰ oīa mouebātur motu iordiato: quē deꝰ poſtea ad ordinē reduxit. ¶ Cōſiderādū āt. ] ¶ Hec ē 3ᵃ ptic'la p̄me ptis p̄ncipalis huiꝰ capl'i in qua phs narrat utilitatē ingſitiōis huiꝰ dicēs ꝙ ē ꝯſiderādū quō ſe hēt circa eternitatē motꝰ. ⁊ dicit ꝙ iſta ꝯſideratio non ſolū ē utilis ad ingrēdū v̄itatē i ſcia nāli. ſed ēt eſt utilis ad ſciam de p̄ p̄nᵒ. ſ. ad metaphicā: qm̄ ad īueſtigādū p̄ᵐ p̄nᵐ eē utit̄ phs ꝑ p̄nᵒ eternitate motus. ¶ Uñ ſm ꝯʳᵉᵐ ē notādū h ꝙ diuꝰ. i. metaphiſicus accipit pᵃ p̄nᵃ mouētia eē a nāli: ⁊ nullā viā hēt ad demr̄andū p̄ᵐ motorē eē niſi accipiat ipſaȝ ꝑ ꝯſtāti a nāli: ⁊ iō ꝯᵗᵒʳ reprobat h Aui. ⁊ Algaçelē eius ſequacē q̄ dixerūt metaphiſicā poſſe demōſtrare p̄ᵐ motorē eē aut aliquā formā abſtractā a mā eē. Uñ dicit ꝯᵗᵒʳ ꝙ illud q̄d Auicē. eſtimauit ſ. ꝙ diuus dȝ demr̄are p̄ᵐ p̄nᵐ eē ſl'm: ⁊ via qua finxit ipm īueniſſe qua uſus eſt in ſuo libro: ⁊ ſimiliter algaçel ipſum ſequens eſt via tenuis ⁊ nō demonſtratiua aliquo modo: quare ⁊c̄.

¶ Incipiemꝰ āt p̄mū ex diffinitiꝯ a nobis in phiſicis p̄ꝰs. Dicimꝰ aūt motū eē endelichiā. i. actū mobil' ſȝ ꝙ ē mobile. Nece ḡ exiſtere res poſſibiles moueri ſȝ vnūquenqȝ motum.

¶ Hec ē 2ᵃ ps p̄ncipalis huiꝰ capl'i in qua phūs ꝓbat itētionē ſuā. ſ. ꝙ ſp̄ fuit ⁊ erit motꝰ: ⁊ ꝯtinet duas ptic'las. qꝛ in pᵃ phūs p̄mittit q̄dā neceſſaria ad ꝓpoſitū. In 2ᵃ ibi [ Et h neceſſariū ⁊c̄. ] Declarat ꝓpoſitū ſuū. In pᵃ igit̄ ptic'la huiꝰ ptis phūs p̄mittit duo neceſſaria ad ſuū ꝓpoſitū oñdēdū. p̄ᵐ ē ꝙ motꝰ p̄ſupponit moˡᵉ. 2ᵐ ē ꝙ motꝰ p̄ſupponit mouēs. p̄ decl'at ꝙ. ſ. motꝰ p̄ſupponit mobile. ⁊ hᶜ eſt pᵃ ꝯ annexa: ſeu ꝓſillogiçata huiꝰ libri q̄ ꝓbat̄ dupl'r. p̄ ꝑ diffōnē motꝰ datā 3ᵒ huiꝰ. que ē ꝙ motus ē actus mobilis inquātū mobile: ex qua ſequit̄ ꝙ motꝰ p̄ſupponit moˡᵉ cū actus p̄ſupponat illud cuiꝰ eſt actus. i. ſubm. ⁊ motus eſt accn̄s mobilis.

¶ Et ſine motꝰ diffōne oīs utiqȝ cōfitebit̄ neceſſariū eē motū ipote moueri ſȝ vnūquenqȝ motū: ut alterari alterabile: ferri autē ſm locū mutabile. Quare priꝰ oportet eſſe combuſtibile q̄ȝ comburat̄: ⁊ cōbuſtiuum q̄ȝ comburere.

¶ Scōo ꝓbat̄ eadē ꝯ ſine diffōne motꝰ: ⁊ ꝑ iductionē: qm̄ iductiue pȝ i oī ſp̄e motꝰ. ſ. ꝙ motꝰ p̄ſupponit moˡᵉ: qm̄ alteratio p̄ſupponit alterabile ⁊ augmētatio augmētabile ⁊ motus localis p̄ſupponit mobile ſm locū eē. Oē enī q̄d mouet̄ poſtq̄ non mouebat̄ neceſſe ē ut p̄ꝰ eēt poſſibile moueri. hoc igit̄ eſt p̄ᵐ neceſſariū q̄d phūs p̄mittit. vȝ. ꝙ motꝰ

ꝓſupponit mobile. ⁊ cōbuſtibile cōbuſtiuum ⁊c. ¶ Scđm vō neccīū qđ pħs ꝑmittit ē ꝙ ſic᷑ motꝰ ꝓſupponit mo^le ita motꝰ ꝓſupponit mouēs. qm̄ ad h̄ ꝙ aliqđ cōburat᷑ debet eē cōbuſtiuū: ⁊ ſic motꝰ ꝓſupponit duo. ſ. mo^le ⁊ mouēs. ¶ Hic ſūt ſex notāda. Primū ē ꝙ ē neccē ꝙ mo^le ſit añ motū in vnoq̄ ꝙ gñe motuū: ⁊ accipit h̄ añ ẜm tp̄s ita ꝙ mo^le in pō ẜm tp̄s ꝓcedit motū i actu. ¶ Scđo notādū ē q̄liter debeat illđ itelligi. ſ. ꝙ motū i pō ē pꝰs tp̄e eꝰ qđ ē i actu. qđ ꝯ^tor expōit ſic. d. ꝙ h̄ duob⁹ modis pōt ꝯtigē. ſ. ꝙ motū i pō ꝓcedit tp̄e motū i actu: q̄rū vnꝰ ē ut motū i q̄ ē pō ſit alt̄iꝰ ſpēi a ſpē moti i q̄ ē motꝰ. Scđs ē ut illđ mo^le i q̄ ē pō ad motū ſit motū i actu. i. ꝙ motū i pō ē idē nūo cū motu in actu. Primꝰ motꝰ iuenit᷑ i duob⁹. ſ. i motu gñationis ⁊ corruptiōis ⁊ i motib⁹ trāſmutatiōis q ſunt corpoꝝ ſimpliciū qñ mouent᷑ a gñante ad formā alt̄iꝰ ſpēi. ut cū terra mouet᷑ ſurſū ut ex ea generet᷑ ignis: motū i pō ē terra: ⁊ motū i actu ē ignis gñatus ex t̄ra. ⁊ ſil̄r i motu gñatiōis ⁊ corruptionis pō ē i vno. ſ. i illo ex q̄ ſit gñatio. ⁊ actꝰ i alio. i. ipo gñato: ⁊ ſic motū i pō ⁊ motū i actu nō ſūt idē nūo ut ſi ignis gñet᷑ ex oleo uł ex ligno. illđ oleū uel lignū ē motū i potētia ⁊ ignis genitꝰ ē motū i actu. ¶ Hoc tñ nō vꝫ uerū ꝙ oē qđ ē motū i pō pōt eſſe motū i actu: q̄ pō nō đr niſi reſpectu actus. ⁊ iđ ſi aliqđ eēt motū i pō qđ tñ nō poſſet eē motū i actu ſeq̄t᷑ ꝙ pō eēt ad ipoſſ͛. Uñ nō vꝫ bñ dcm̄ ꝙ aliqđ ſit i pō ad motū alt̄iꝰ. ¶ Dicēdū ē ꝙ p ens i pō q̄tū ad ꝓpoſitū ſpectat poſſumꝰ itelligē duo. ſ. uł ens i pō qđ. ſ. pōt exire i actū. uł ens i pō. ſ. ex q̄ fiet uł pōt fieri ens i actu. Dico igit᷑ ꝙ pħs p motū i pō nō itelligit motū qđ ẜ ſe pōt exire i actū: ſed itelligit motū ex q̄ pōt fieri ens i actu: qm̄ cū ignis gñet᷑ ex oleo oleū nō ē motū i pō. qđ. ſ. mouebit᷑ in actu. ſed ē motū i pō ex q̄ gñat᷑ motū i actu. ſ. ignis q actu mouebit᷑ ſurſū. v. g. Nos dicimꝰ ꝙ antichriſtus ſeu hō naſciturꝰ ē i pō hō: q̄ antichriſtus ē illud qđ erit hō i actu: ⁊ nos dicimꝰ ꝙ ſpma ē i pō hō: q̄ ſpma ē illđ ex q̄ fiet hō i actu. ⁊ ſic dicimꝰ ꝙ panis ē i pō ſanguis: nō q̄ panis ē aut erit in actu ſanguis: ſꝫ q̄ panis ē illđ ex q̄ fiet ſanguis in actu. Alr̄ pōt itelligi ꝙ mā remanēs i motu i actu ē p̄ i pō ad motū ⁊ poſtea reducit᷑ ad actū. ſ. ut actu moueat᷑ nō i ſe ſolo: ſꝫ i aliq̄ toto cuiꝰ ē ps qđ ꝓ mouet᷑ ⁊ ſic aliđ ē motū i pō. ſ. mā pᵃ ⁊ aliđ motū in actu. vꝫ. qđ ẜm ſe ⁊ ꝓ mouet᷑. ¶ 3° ē notādū ẜm ꝯ^tem ꝙ h̄ motꝰ trāſmutatiōis eltoꝝ i q̄ ē pō ꝓcedēs hūc motū i tp̄e ē corpꝰ ex q̄ eltū gñat᷑. vbi. g. Qñ ignis gñat᷑ ẜ totū ſtati hēt ubi qđ ē ſupiꝰ ẜm totū: ⁊ dū gñat᷑ ꝑ ſingła illiꝰ ſtati hēt ſingulā pt̄ē illiꝰ ubi. h^c ꝯ^tor. qđ ego ſic itelligo ꝙ ignis i actu ⁊ ps ignis in actu ſtati hēt ubi ſupiꝰ niſi ipediat᷑. ¶ 4° ē notādū ẜm ꝯ^tem ꝙ pō q̄ ē i igne i actu ad motū ſupiꝰ nō ē pō nālis: qm̄ ipoſſ͛ ē ꝙ pō i igne ad motū ſupius qñ ignis mouet᷑ ſupiꝰ ſit pō nālis: q̄ ſi ſic eēt tūc ꝯria eēnt i eodē ſbō ⁊ i eodē tp̄e. ſ. pō motꝰ: ⁊ motꝰ i ſilꝫ: qđ ē ipoſſ͛. Pō eni ignis ad motū ſupiꝰ q̄ ē cōiūcta cū foꝛa ignis ē pō violēta ⁊ nō ē pō ignis nālis: ſꝫ pō nālis ad eē ſupiꝰ ē ꝯiūcta cū foꝛa alicuius alt̄iꝰ ſpēi ex q̄ gñat᷑ ignis. Ex q̄ loco appet ꝙ ꝯ^tor uelit ꝙ motꝰ ignis ſupiꝰ nō ſit nālis ſꝫ violētus: ⁊ ꝙ motꝰ t̄re ex q̄ gñat᷑ ignis ad locū ſurſū ſit motꝰ nālis: q̄ ſi pō ad motū alicuiꝰ nō ſit nālis nec ille motꝰ erit nālis. Uñ ꝯñter ē dicēdū ꝙ motꝰ đi violētꝰ dupl̄r uł q̄ ē a pñᵒ extriſeco ꝯ iclinationē illiꝰ moti: uł q̄ mo^le ē ipeditū ab extriſeco a ꝑfectione ſua ad quā tēdit: ita ꝙ motꝰ ipeditꝰ a ſuo termio ad quē mo^le iclinat᷑ nālit᷑ dicat᷑ motꝰ violētꝰ. Primo dico ꝙ motꝰ ignis ad ſupiꝰ nō ē violētꝰ: ſꝫ ē nālis. q̄ ē a pñᵒ itriſeco: ē tñ violētꝰ 2°. q̄ eſt ipeditꝰ a ꝑfectione ſua ad quā nālit᷑ ignis iclinat᷑. q̄ ſi ignis nō ipediret᷑ a ſuo loco nāli i mediū i q̄ mouet᷑ ſtati eēt in loco ſuo nāli. Uñ ꝯ^tor dic᷑ ꝙ pō nālis ad motū ⁊ motꝰ ſūt ꝯria: qđ ē uerꝫ de pō añ actū. ſꝫ nō ē uerū de pō cū actu: ⁊ ſic diſtiguit᷑ de motu violento ita pōt diſtigui de motu nāli. ¶ 5° ē notādū ẜ ꝯ^tes ꝙ qñ elemēta gñant᷑ ⁊ mouent᷑ localr̄ ſp̄ motū in actu ꝓcedit aliqđ alt̄iꝰ ſpēi q̄ corrupto eꝫ gñat᷑ uł localr̄ mouet᷑ i actu. Ex q̄ iſert ꝙ ex ipo nō ente in actu p pōꝫ ⁊ ex illo qđ eſt in pō tm̄ ⁊ nullo mō in actu ꝯiūcto cū foꝛa nihil fit. q̄ nūq̄ꝫ vnū ꝯriū mutat᷑ i ſuū ꝯriū: qm̄ albedinē fieri nigredinē ē ipoſſ͛: aut calorē frigꝰ: q̄uis vnū ꝯriū fiat poſt aliđ ut frigus poſt calorē. Et iđ ꝯ^tor repħēdit ſarracenos ⁊ loquētes ſue legis q poſuerūt ex nihilo fieri aliqđ: q̄ illđ qđ nō ē viſibile eſtimauerūt eē nihil. ⁊ nitūtur ad cōfirmādū h̄. q̄ mos ē dicē ꝙ ſbm ex q̄ eſt gñatio ē neccīū agēti ꝑꝑ diminutionē agētis: ⁊ iđ ſi agēs nō ſit diminutū pōt ꝓducē aliqđ ex nihilo. Sꝫ ꝯ^tor dic᷑ ꝙ ille eſtimatiōes ſūt vulgares ⁊ nō uere. Agēs eni nō poſſe agē aliqđ ipoſſ͛ nō đi eē diminutio. ſꝫ dicē agēs facē ſeu poſſe facē aliqđ ipoſſ͛ ē deceptio. ¶ 6° ē notādū ſupꝑ h̄ ꝙ pħs dic᷑ ꝙ nihil mouet᷑ niſi illđ qđ poſſ͛ erat pꝰs moueri. Intelligēdi ſūt duo modi poſiti. ſ. pō q̄ iuenit᷑ in ipſo moto ⁊ pō q̄ iuenit᷑ i mā moti. Et itēdit ꝙ vna iſtarū pōrū ē ad moueri ut illa q̄ ē i mā. ⁊ alia ad motū eē: ut illa q̄ ē i moto. Et dic᷑ ꝙ illa pō q̄ ē ad moueri nō ſolū excedit pōꝫ exñtē i paſſo ẜ tp̄s: ſꝫ ēt ꝓcedit ẜm tp̄s v̄tutē actiuā exñtē i agēte: q̄ illđ qđ cōburit᷑ priꝰ erat inatū cōburi. ⁊ iđ oē agēs qđ q̄nq̄ꝫ pōt agē ⁊ qñq̄ꝫ nō neccio iuenit᷑ qñq̄ꝫ i pō: ⁊ qñq̄ꝫ nō. Iſta oia ſūt neceſſaria ⁊ v̄a ut dicit ꝯ^tor.

**¶ Ergo ⁊ hoc neceſſariū ē: aut facta aliqñ eē cū nō priꝰ eēnt aut perpetua eſſe.**

¶ Hec ē 2ᵃ pticula 2ᵉ ptis pn^lis huiꝰ ca. i q̄ pħus declarat itētionē ſuā. d. ꝙ ſp̄ fuit ⁊ erit motꝰ. Et cōtinet duas ptes. q̄ in pᵃ pħus oñdit p^m motū eē perpetuū ex pte añ: ita ꝙ pmꝰ motꝰ nunq̄ꝫ icepit. in 2ᵃ ibi ⌊ Eadē rō ē. ⌋ oñdit ꝙ pmꝰ motꝰ ē eternꝰ ex pte poſt: ita ꝙ motꝰ pmꝰ nunq̄ꝫ deficiet: ⁊ p hoc ſoluit᷑ pᵃ qō pn^lis huiꝰ octaui q̄ ē an ſp̄ fuit ⁊ erit motꝰ: q̄ ꝓbato ꝙ pmꝰ motꝰ ē ꝑpetuꝰ ex pte añ ⁊ ex pte poſt ſoluit᷑ qō de etnitate motꝰ: q̄ ex hoc pꝫ ꝙ ſp̄ fuit ⁊ erit motꝰ. Hec igit᷑ ē pᵃ ꝯ pn^lis huiꝰ li. ſ. ꝙ motꝰ pmꝰ ē ꝑpetuꝰ: hec ꝯ ꝓbat᷑ ſic. Illđ qđ ſp̄ fuit ⁊ ſp̄ erit ē ꝑpetuū. ſꝫ motꝰ ē hꝰi. g̃. maior ē de ſe nota: ⁊ minor ꝓbat᷑ q̄tū ad utranq̄ꝫ ſui ptē. p̄ tñ ꝓbat᷑ ꝙ motꝰ pmꝰ ſp̄ fuit. 2° ꝙ motꝰ pmꝰ ſp̄ erit: ⁊ hoc ꝓbabit᷑ i 2ᵃ pticula huiꝰ ptis. ſ. ibi ⌊ Eadē rō ⁊c. ⌋ Q; aūt pmꝰ motꝰ ſp̄ fuit: ꝓbat᷑ dupl̄r ſeu duplici via. via pᵃ ſumit᷑ ex pte motꝰ. 2ᵃ vō via ſumit᷑ ex pte tp̄is. Et pro euidētia p̄ᵉrōnis pħus p̄ ꝑmittit vnā diuiſionē. ⁊ ēt ſupponit vnū neccīū ad ꝓpoſitū. Diuiſio igit᷑ quā pōit pħus ē illa. Cū eni motꝰ ꝓſupponat mo^le ⁊ mouēs opꝫ ꝙ mobilia ⁊ mouētia aut ſint aliqñ facta cū pꝰs nō eēnt aut ſint ꝑpetua: hec igit᷑ ē diuiſio quā pōit pħus. vꝫ. ꝙ aut mo^lia ⁊ mouētia ſūt aliqñ fcā cū priꝰ nō eēnt: aut ſūt etna. Ad applicādū igit᷑ iſtā diuiſionē ad p^m motū ⁊ ad p^m mo^le pħs ſupponit aliqđ eē p^m motū ⁊ aliq̄ ꝓ mota: ⁊ h̄ ſupponit ex 7° huiꝰ. q̄ ſi nō eēt p^m motū iueniret᷑ infinita magnitudo in actu ⁊ inueniret᷑ motū infinitū ꝑtranſire in tp̄e finito ſpatiū infinitū ut declaratū eſt in pncipio ſeptimi huius ut dicit ꝯ^tor.



**¶ Siqdē igit᷑ factū ē mobiliū vnūqđq̄ꝫ neceſſariū ē priꝰ accepta mutatiōe aliā mutationē factā eē: ⁊ motū ẜ qđ factū ē poſſibile motū eē aut moueri. Si autē q̄ ſūt preerant ſemꝑ motu non exñte: irrōnabile quidem videtur ⁊ ab inſcientibus.**

¶ Hic pħs ꝓſeq̄tur illā diuiſionē formādo pmā rōnē. circa quā ſic ꝓcedit. q̄ p̄ ponit rōnē. 2° ponit rñſionē q̄ poſſet dari ad rōnē. ⁊ h̄ ibi ⌊ Alia qdē ⁊c. ⌋ Suppoſito igit᷑ ꝙ ſit pmꝰ motꝰ. ⁊ aliqđ p^m mobile rō format᷑ ſic. Motꝰ pmꝰ aut ē etnꝰ aut nō: ſi ſic habet᷑ ꝓpoſitū. ſi nō ſit etnꝰ ſeq̄tur ipoſſ͛. ſ. ꝙ añ p^m motū fuit motꝰ. qđ ē ipoſſ͛. ꝯña ꝓbat᷑ ſic. Motꝰ ꝓſupponit mobile ⁊ mouēs: q̄rit᷑ igit᷑ aut mobile motū p motu ⁊ mouēs illđ mobile motu ꝓ fuerūt aliqñ facta cū priꝰ nō erāt: aut ſūt ꝑpetua. ſi det᷑ pmū cū mobile aut mouēs nō poſſit eē factū niſi p motū ⁊ motꝰ q̄ factū ē mobile motū p motu aut mouēs ꝓcedit motū: quo p^m mobile mouet᷑: ſeq̄tur ꝙ ante p^m motū fuit motꝰ qđ ē ipoſſ͛. ꝯña pꝫ. q̄ motꝰ per quē ſit mobile uł mouēs ꝓcedit motū quo illđ mobile mouet᷑. ⁊ ſic ſeq̄tur ꝙ ſi mobile aut mouēs uł alterꝫ illoꝝ ſit fcm̄ ꝙ motꝰ quo illđ ē fcm̄ ꝓcedit pmū motū: ⁊ ſic añ p^m motū erat motꝰ. qđ ē ipoſſ͛. Et eodē mō arguit᷑ ſi dicat᷑ ꝙ motꝰ per quē fiebat mobile ē pmꝰ motꝰ. nā ille motꝰ ꝓſupponebat mobile factū per ſe. ⁊ per ꝯñs preſupponit motū per quē ſuū mobile fiebat: ⁊ ſic ille motꝰ nō fuit pmꝰ.

**¶ At vō magis igrediētib⁹ h̄ neceſſariū ē accidere. Si eni alijs quidē mobilib⁹ exiſtētib⁹: alijs aūt motiuis: aliqñ qdē erit aliqđ pmū mouēs. h̄ aūt qđ mouet᷑ aliqñ q̄dē nihil ſed q̄ſcit: opꝫ hoc mutari prius. Erat eni aliquid cauſa q̄etis. Quies eñ priuatio motus eſt. Quare ante pmam mutationem erit mutatio prior.**

¶ Nūc pħus iprobat aliđ mēbꝛū diuiſiōis. ſ. ꝙ motus pmꝰ icepit. ⁊ ꝙ mobile ⁊ mouēs ſūt ꝑpetua. h̄. d. oino eē irrōnabile ⁊ a neſciētib⁹ dcm̄. qđ forſitā dicit: q̄ etna ſūt vniformit᷑ ſe hñtia ſp̄. Et ꝓbat idē icōueniēs ſeq̄ dato ꝙ mo^le ⁊ mouēs ſint ꝑpetua. ſ. ꝙ añ p^m motū fuit motꝰ qm̄ ſi mobile ſp̄ priꝰ q̄eſcebat ⁊ de nouo icepit moueri: opꝫ ꝙ amoueat᷑ cauſa q̄etꝫ q̄ ē ipedimētū motꝰ: q̄ cā ē uł ex pte mobilꝭ uł ex pte motoris: uł diſtātia int̄ motorē ⁊ mobile qđ nō pōt fieri: niſi p motū. g̃ ſi motꝰ pmꝰ icepit: ⁊ mo^le ⁊ mouēs ſp̄ erāt: ſeq̄tur ꝙ ante p^m motū fuit motꝰ. ſ. motꝰ p quē tollebat᷑ cā q̄etꝫ mo^lis moti motu p̄: ⁊ ſic pꝫ ꝙ ſi pmꝰ motꝰ de nouo icepit ſiue mobile ſit nouū ſiue etnū ſp̄ opꝫ dicere ꝙ añ p^m motū fuit motꝰ: qđ ē ipoſſ͛. g̃ ipoſſ͛ ē ꝙ pmꝰ motꝰ icepit. ¶ Notādū ẜm ꝯ^rem h̄ ꝙ ipoſſ͛ ē ꝙ motꝰ gñatiōis ſit pmꝰ motꝰ q̄ gñatio ē finis alteriꝰ motꝰ: ⁊ iđ ipoſſ͛ ē ꝙ ſit pmꝰ motꝰ ẜm tp̄s aut ẜm nām. Nec ēt motꝰ cuiꝰ gñatio ē finis: ē pmꝰ motꝰ: q̄ ille motꝰ ē motꝰ alt̄atiōis. ⁊ pmꝰ motꝰ dꝫ eē etnꝰ: ⁊ ipoſſ͛ ē ꝙ motꝰ alt̄atiōis ſit etnꝰ ut đclatū ē i fine ſexti huiꝰ.

**¶ Alia qdē eni mouēt ſingulariter: alia autē ⁊ ẜm ꝯtrarios motꝰ: ut ignis quidem calefacit: frigefacit aūt non. Sciētia autē videtur ꝯtrariorum eſſe vna.**

¶ Hic pħus remouet rñſionē q̄ poſſet dari ad hanc rōnē q̄ rñſio tał ē. ſ. ꝙ agēs uł mouēs ē dupꝭ. q̄a qđdā ē mouēs nāle. ⁊ illđ pōt mouere vno motu tm̄. ut calidū pōt calefacē ⁊ frigefacē. ⁊ aliđ ē agēs p rōnē ⁊ itellectū. ⁊ tale agēs pōt mouē plib⁹ motib⁹ ꝯrijs. ſed rō ꝓcedēs ꝯcludit de agēte nāli qđ determinat᷑ ad vnū ⁊ nō de agēte rōnali. Uñ cum aliqđ mouet᷑ ab agēte nāli qđ pꝰs quieſcebat opꝫ cām q̄etꝫ remoueri p motū: ſꝫ cū aliqđ de nouo mouet᷑ ab agēte rōnali. cuius actio ſe hēt ad oppoſita nō opꝫ cām q̄etꝫ amoueri. Uñ i talib⁹ nō opꝫ ꝙ cā motꝰ ſit alia a cā q̄etꝫ. nec ꝙ mouēs aut mobile habeat aliā diſpōnē: qñ mobile mouet᷑: ⁊ aliā qñ mobile q̄ſcit. cū igit᷑ pmꝰ motor ſit agēs rōnale: vꝫ ꝙ pōt aliqñ mouē ⁊ aliqñ nō mouē abſq̄ꝫ h̄ ꝙ deficiat diſpō aliq̄ p quā mouet h̄: ⁊ h̄ mouet᷑: ⁊ ſic vꝫ ꝙ pmꝰ motor pōt de nouo cāre aliquē p^m motum abſq̄ꝫ hoc ꝙ remoueat᷑ aliqua cauſa quietꝫ precedentis: aut aliqua diſpoſitio precedens.

**¶ Videt᷑ igit᷑ ⁊ ibi eſſe aliqđ ſimili mō frigidū eni calefacit cōuerſum quodāmodo ⁊ ambiens: ſicut ⁊ peccat uolūtariꝰ ſciēs quoniam econtrario utitur ſcientia.**

¶ Iſtā rñſionē remouet pħs ꝑmittēs p̄ ꝙ ea q̄ agūt nāliter p ſe ſe hñt ad vnū: ita ꝙ p ſe agit vnū ꝯrioꝝ p accñs tñ qñq̄ꝫ mouet ꝯriū ut pꝫ de frigido: qđ lꝫ p ſe frigefaciat tñ qñq̄ꝫ p accñs calefacit. q̄ fac᷑ calorē reuerti de extriſeco i itriſecū. Ita ē i agētib⁹ p itellectū ſcie: qm̄ medicina ē p ſe cā vniꝰ ꝯrioꝝ utputa ſanitatꝫ: ⁊ p accñs ē cā egritudis: ut ſi aliqđ ꝓpter aliqđ abutat᷑ medicina i ꝯriū illiꝰ ad qđ ordiatur. Hoc ꝓ tāto iducit᷑. q̄ agēs rōnale qñq̄ꝫ eſt cā vniꝰ ꝯrioꝝ p accñs ⁊ alteriꝰ p ſe ſicut ⁊ agens nāle. ¶ Uñ in h̄ ꝯueniūt ꝙ utrūq̄ꝫ agēs pōt eē p ſe cā vniꝰ ꝯrioꝝ ⁊ p accñs cā alteriꝰ: tñ agēs rōnale pt p ſe agere utrūq̄ꝫ ꝯriorū. Et ꝯ^tor. d. hic ꝙ frigidū calefacere p accñs ē ſiłe peccato artificis qñ errat ut qñ utit᷑ ſcia ſua i ꝯriū finē ut i quē ē p̄ ordiata. In v̄tutib⁹ aūt rōnabilib⁹ ſūt due actiōes ꝯrie eēntialiter. ¶ Hoc igit᷑ ꝑmiſſo pħs ſoluit illā rōnē. q̄ ſolꝰ ꝯſiſtit i h̄ ꝙ nec agēs nāle nec agēs rōnale agit de nouo cū pꝰs nō egit niſi ꝑꝑ aliquā nouā cāꝫ. Et dicit ꝯ^tor h̄ ꝙ motores rōnales nō q̄ſcūt qñq̄ꝫ: ⁊ qñq̄ꝫ nō niſi ꝑꝑ renouationē trāſmutationū factā in eis ex extriſeco ut i aia ſeu i corpe. ſi eni aia moueat᷑ poſtq̄ꝫ nō mouebat᷑ ē neccē ut i ea fiat appetitꝰ q nō erat aut cōcupiſcētia: ⁊ illa cōcupiſcētia aut appetitꝰ nō fiūt i ea niſi p trāſmutationē ꝓcedētē ab aliq̄ ente ext̄ animā. Et h̄ ꝓbat ꝯ^tor. ſ. ꝙ ad nouitatē motꝰ req̄rit᷑ alia diſpō noua i ipſo agēte uł i aliq̄ extriſeco. d. ꝙ ſi poſuerimꝰ agens in oib⁹ diſpōnibus exñtib⁹ in ipo ⁊ exñs i diſpōne q̄etꝫ idē cū in ipſo in diſpōne motꝰ: tūc neccē ē ut nō fuerit dignꝰ mouere in illa hora q̄ꝫ q̄ſcere. ⁊ ſic aut neq̄ꝫ quieſcet aut neq̄ꝫ mouebit᷑. aut q̄ſcet ⁊ mouebit᷑ ſimꝉ. qđ ē ipoſſ͛. ¶ Itē dicit ꝯ^tor ꝙ cū ꝓportio illius qđ

hēt pōm agēdi ꝯria fuerit eadē nō facit alteꝝ illoꝝ. ⁊ ꝯ loquētes legis ſue. d. ꝙ cū uolūtas fuerit ad inouādū aliquā rē vna hora necēm ē ut i uolūtate fiat i illa hora ꝯcupiſcētia i agēte q̄ nō erat añ: ⁊ illa ē cā ꝓpinq̄ ad agere: ⁊ cā illiꝰ ꝯcupiſcētie ē ꝑſentia tpis ⁊ ꝑñtia tpis q̄ nō erat añ aut ē trāſmutatio aut ſequēs trāſmutationē. Et ſic remotio ꝑdicte riſiōis ꝯſiſtit i h̄. ſ. ꝙ ſi agēs rōnale cauſet motū ꝑ de nouo opꝫ ꝙ ſit alia noua diſpō ꝑcedēs ex parte alicuius: ⁊ ſic añ ꝑmū motū foret alius primus motus. quod eſt impoſſibile.

**⁋ Si igiť queciiq3 potia ſunt facere: aut pati: aut mouere: aut moueri. Hec aūt moueri nō penitꝰ potia ſūt: ſed ſic ſe hñtia ⁊ ꝓxima alterutris ſunt. Quare cū ꝓximātur: aliḋ mouet: aliḋ aūt moueť: cū ſint: ut ſit h̄ qḋē motiuū illud vō mobile. Si igiť nō ſemꝑ mouebať: manifeſtū ē ꝙ nō ſe hēbāt ſicut nūc potia: h̄ qḋē mouere: illḋ āt moueri: h̄ oportuit mutari alteꝝ illoꝝ. Neceſſe eni in his q̄ ſūt ad aliqḋ h̄ accidere: ut ſicut nō eſt duplū: nūc aūt eſt duplū mutari: ſed nō utrūq3 alterū. Erit ergo quedam prioꝛ mutatio prima.**

⁋ Illḋ qḋ phs iā narrauit. ſ. ꝙ cū motoꝛ ⁊ motū priꝰ erāt ⁊ motoꝛ nō mouebat nec motū mouebať opꝫ ad h̄ ꝙ motoꝛ de nouo moueat ⁊ moᷝ moueatur aliquā diſpōnē nouā eē ex ꝑte motoris uel ex ꝑte moti uľ ex ꝑte alicuiꝰ extriſeci. Hic itēdit declare id qḋ narrauit. vñ itēdit declare ꝙ ſi motoꝛ icipiat de nouo mouere aliqḋ moᷝ necē eſt aliquā trāſmutationē ꝑcedere i motore aut i moto aut in utroq3 aut i aliq̄ extriſeco. ⁊ hec ē 2ª ꝯ de annexis q̄ ꝓbať ſic. Si aliqs motoꝛ icipiat de nouo mouē aliqḋ mobile opꝫ ꝙ iter motorē ⁊ mobile ſit facta de nouo aliq̄ relatio q̄ nō fuit añ: q2 inter motorē i actu ⁊ motū i actu gñať aliq̄ relatio q̄ nō fuit añ q̄3 mouēs icipet mouē. qḋ ꝓbať ꝓbatiōe exēplari. Nā ſi h̄ nūc ſit duplū illi ⁊ ꝑus nō: opꝫ ipm uel eiꝰ correľm uľ utrūq3 hēe aliā q̄ātitatē nē quā ꝑus nō habuit q̄ nō acqriť ſine trāſmutatiōe: g̃ necē eſt ut añ trāſmutationē poſitā. ſ. q̄ motoꝛ de nouo mouet moᷝ ſit trāſmutatio i motore aut i moto aut i utroq3 aut i aliq̄ extriſeco ꝑ quā auferť ipedimētū ꝑꝑ qḋ mouēs nō mouebat ꝑus nec moᷝ mouebať: ⁊ illa trāſmutatio ē ꝑoꝛ q̄3 motꝰ q̄ mouēs mouet moᷝ: q2 ablatio ipedimēti ꝑcedit effectū ꝓuenientē ex ablatione impedimēti: g̃ ſi motoꝛ ⁊ moᷝ fuerit ab eťno: ſi motoꝛ icipiat de nouo mouē mobile necē ē aliq3 trāſmutationē ꝑcedē illū motū i motore: aut i moto aut i utroq3 aut i aliq̄ extriſeco ⁊ ſic añ trāſmutatiōeʒ q̄ poſita ē trāſmutatio ꝑª fuit illa trāſmutatio. qḋ ē ipoľe. Vñ. d. ꝯᵗᵒʳ ꝙ hec demratio ē uľis i oī motore ſiue in ꝟtute rōnali ſiue nāli. ⁋ Intelligēdū ꝙ ex h̄ loco accipiūt aliqui ꝙ ois relatio noua reqrit nouā trāſmutationē i aliq̄ extremoꝝ uľ i utroq3: q2 phs vꝫ h̄ dicē: expſſe tñ i ſtātie ſūt ꝯ hoc. Nā iter ꝑciū ⁊ appꝑciatū i actu ꝑt fieri noua relatio abſq3 mutatiōe fcā in aliq̄ extremoꝝ uľ i utroq3. qm̄ ego poſſū uēdē tibi aliquā rē a me mľtū diſtātē ꝑ pecunia exñte i archa tua nulla mutatiōe facta circa rē uēditā nec circa pecuniā hoc eni poſito ſit noua relatio iter rē uēditā ⁊ pecuniā abſq3 mutatiōe i aliq̄ extremoꝝ. g̃. ⁋ Itē iter vidēs i actu ⁊ viſū i actu ē relatio q̄ pōt fieri abſq3 mutatiōe i aliq̄ extremoꝝ uľ i utroq3: qm̄ ſi ſoꝛ. nē nō videt lapidē ꝑꝑ aliqḋ ipedimētū ex ꝑte medij: ſoꝛ. geſcat oīno ⁊ lapis ſiľr remoueať ipedimētuʒ ex ꝑte medij. ſoꝛ. ē de nouo vidēs lapidē i actu ⁊ lapis ē de nouo viſus i actu. ⁊ ſic acqriť noua relatio iter vidēteʒ ſoꝛ. ⁊ lapidē viſum: ⁊ tñ neutrū extremū eſt mutatū. Pōt igiť noua relatio iter aliq̄ extrema acqri de nouo abſq3 noua trāſmutatiōe alicuiꝰ extremoꝝ ⁊ hoc ē ꝯcedēdū: ⁊ iō ꝓpoſitio phi nō ē uľr vā. Sꝫ ꝯᵗᵒʳ ſupplet eā ſic. d. ꝙ noua relō nō acqriť ſine noua mutatiōe i aliq̄ extremoꝝ uľ i aliq̄ extriſeco: ⁊ ſic dꝫ itelligi dictū phi. ⁊ hoc ſufficit ad ꝓpoſitū. q2 ſi noua relatio ꝑcedat ꝑᵐ motū ſeqť ꝙ aliq̄ trāſmutatio ꝑcedit ꝑᵐ motū. vba ꝯᵗⁱˢ ſūt illa. Cū ois relatio ſequiť trāſmutationē ⁊ iter motū ꝑ motū ⁊ ſuū motorē fiat relatio q̄ nō fuit añ igiť necē ē añ trāſmutationē poſita ſit alia trāſmutatio i motore aut i moto aut i utroq3 aut i extriſeco. hec ꝯᵗᵒʳ. ⁊ per hoc ſuppleť demōſtratio Ariſť.

**⁋ Adhuc āt priꝰ ⁊ poſteriꝰ quō erūt tꝑe nō exñte. Aut tꝑs niſi ſit motꝰ. Si igiť tꝑs numerus motꝰ: aut motꝰ qdā: ſiqdē tꝑs ſꝑ eſt: ⁊ motū neceſſe eſt ꝑpetuū eſſe.**

⁋ Cū phs declauit ꝑᵐ motū eē eternū ꝑ rōnē acceptā ex ꝑte motꝰ ꝓbat eādē ꝯnē. ſ. motū ꝑᵐ eē eťnū a ꝑte añ ꝑ rōnē ſūptā ex ꝑte tꝑis q̄ ē taľ. Tꝑs ē eťnū ex ꝑte añ. g̃ motꝰ ꝑmꝰ ē eťnꝰ a ꝑte añ. ꝯña pꝫ ꝑ h̄. q2 tꝑs uľ ē motꝰ ꝑmꝰ uľ ē nūs motꝰ ſꝫ ꝑus ⁊ poſteriꝰ in ꝑ motu ut pꝫ ex q̄rto huiꝰ. ⁊ añcedēs. ſ. ꝙ tꝑs ē eternū a ꝑte añ q̄ ē 3ª ꝯ de annexis: ꝓbať triplr. Pria rō ſumiť ex ꝑte ꝑoris ⁊ poſterioris. Secūda rō pꝫ ꝑ auctoritates antiq̄rū. 3ª vō ꝓbať rōne accepta ex ꝑte iſtātis. Pria igiť rō ē illa. oē qḋ ſit de nouo ſuū nō eē ꝑceſſit ipꝫ. ita ꝙ ſuū nō eē ē ꝑus q̄3 ipꝫ ſiue q̄3 ſuū eē. ſꝫ priꝰ nō ē ſine tꝑe: g̃ ſi nō eē tꝑis fuit ꝑus q̄3 tꝑs ſequiť ꝙ tꝑs fuit priꝰ q̄3 tꝑs. q2 i illo ꝑori i q̄ fuit nō eē tꝑis fuit priꝰ: ⁊ ꝑ ꝯñs tē fuit tꝑs: g̃ ſi tꝑs icepit eē de nouo: ſequiť ꝙ añ oē tꝑs fuit tꝑs: ſꝫ h̄ ē ipoᷝ. g̃ necē ē ꝙ tꝑs nō icepit eē de nouo. ⁊ ꝑ ꝯñs ē eťnū. Vľ ꝑt argᵐ fieri de ꝑ tꝑe ꝓbādo ꝙ ꝑᵐ tꝑs ē eťnū ex ꝑte añ. q2 ſi ſuū nō eſſe fuit ꝑuſq̄3 ſuū eē: g̃ aliqḋ fuit ꝑus tꝑe ꝑ. ſꝫ qñcūq3 fuit ꝑus tūc tꝑs fuit: g̃ ſi ꝑᵐ tꝑs icepit de nouo ſeqtur ꝙ tꝑs fuit añ tꝑs primū. qḋ eſt impoſſibile.

**⁋ At vō de tꝑe ex̄ vnū ꝯcorditer intelligi videnť oēs. Ingenitū eni eē dicūt: ⁊ propter hoc Democritꝰ demōſtrat tanq̄3 ipoſſibilia oīa eē facta: ipoľe eni eſt tꝑs factū eē. Plato aūt tꝑs gñat ſolus. Siť eni cū celo factū eē. Celū aūt factū eſſe dicit. Si igiť ipoľe eſt eē dicere ⁊ itelligē tꝑs ſine ipſo nūc: nūc aūt eſt medietas q̄daꝫ ⁊ ꝑncipiū ⁊ finē habēs ſimul: ꝑncipiū āt futuri tꝑis: finē vō ꝑteriti neceſſe ſemꝑ eē tēpus: ultimū eni finiti accepti tꝑis in aliquo ipoꝝ nūc erit. Nihil eni ē accipe in tꝑe ꝑter nūc. Quare qm̄ ē finis ⁊ ꝑncipiū ipſuꝫ nūc: necē ē ipſiꝰ in vtraq3 ꝑte ſemꝑ eē tēpus. At vō ſi tꝑs: manifeſtū ē: q2 necē eſt ⁊ motū eē. Siqdē tꝑs ē paſſio q̄dā motꝰ.**





⁋ Scḋo ꝓbať eadē ꝯ per auctoritates antiquorum qm̄ oēs antiq ꝑter vnū. i. ꝑter platonē dixerūt tꝑs eē igenitū. ⁊ ſolū plato gñauit tꝑs. Iō Democritꝰ dicit ꝙ ipoľe ē oia eē gñata: q2 ipoľe ē tꝑs eē gñatū. ⁊ hoc ē ſignū ꝙ nō icepit eē. q2 oēs phi preter Platonē dixerūt tꝑs eē igenitū: ⁊ ſolus Plato dicit tꝑs gñatū eē cū celo. Vñ Aui. i ſua ſufficientia dicit ꝙ mľti antiquoꝝ dixerūt tꝑs hēre ita ſtabile eē ꝙ nullo mō pōt deſtrui. ſed q̄ nitiť deſtruē tēpꝰ eo ipo ponit tꝑs. q2 ſi aliqs ponat tꝑs nō eē opꝫ ꝙ ponat tꝑs aliqñ nō eē. ⁊ ſi nō eē tꝑis ſit aliqñ ex h̄ ſeqtur ꝙ tꝑs nūc ē. q2 eē aliqñ nō pōt eē ſine eē tēporis. ⁋ Si g̃ ipoľe. 3ª rō ꝓbās tēpꝰ eē eťnū ſumiť ex ꝑte ipſiꝰ iſtātis. ⁊ fundať rō ſuꝑ duas ꝓpoſitiōes: q̄rū ꝑª ē ꝙ iſtās nō iueniť niſi i tꝑe. 2ª ꝓpoſitio ē ꝙ neceſſe ē oē iſtās. ſ. ꝙ ſit ꝑnᵐ vniꝰ tꝑis ⁊ finis alteriꝰ tꝑis: qm̄ iſtās neceſſario ē ꝑnᵐ tꝑis futuri ⁊ finis tꝑis ꝑteriti. Ex his g̃ arguiť ſic. Añ qḋlibet nūc fuit tꝑs. ſ. tꝑs cuiꝰ ipm nūc ē finis. ⁊ poſt qḋlibet nūc erit tꝑs. ſ. tꝑs cuiꝰ ipm nūc ē ꝑnᵐ: g̃ tēpus ē eternū ex ꝑte añ ⁊ ex ꝑte poſt. q2 ſi tꝑs de nouo icipet ita ꝙ nullū tꝑs priꝰ fuit eēt dare ꝑᵐ iſtāſ tꝑis añ qḋ nō fuit tꝑs. ⁊ ſi tꝑs aliqñ deſinēt eē ita ꝙ poſt illud nullū tꝑs foret futurū: ſeqť ꝙ eēt dare ultimū iſtās totiꝰ tꝑis poſt qḋ iſtās nunq̄3 foret tꝑs: ⁊ ſic pꝫ illa ꝯña. ſ. ꝙ qḋlibet iſtās ē ꝑnᵐ vniuſ tꝑis ⁊ finis alteriꝰ tꝑis: g̃ tꝑs ē eternū. ⁊ ꝑ ꝯñs motus ē eternꝰ. hec rō ꝓbat ꝙ tꝑs ē eternū tā ex ꝑte añ q̄3 ex ꝑte poſt. ⁋ Notādū ꝙ illa rō fūdať ſuꝑ h̄ ꝙ iſtās aſſimilať pūcto in linea circulari. ⁊ nō aſſimilať pūcto i linea recta. ⁊ iō ſicut i liēa circulari q̄libet pūctꝰ ē ꝑnᵐ vniꝰ linee ⁊ finis alteriꝰ: ita qḋlibet iſtās ē ꝑnᵐ vniꝰ tꝑis ⁊ finis alteriꝰ. ⁊ qualiť iſta rō hēat euidentiā videbiť in dubitationibus.

**⁋ Eadē āt rō ē: ⁊ de eo ꝙ icorruptibilis ſit motꝰ. ſic eni in eo ꝙ fiat motꝰ accidit ꝑorē quādā eē mutationē ꝑma ſic h̄ poſterioꝛ eſt poſteriori. Non eni ſimul quieſcit quod moueť: ⁊ quod mobile eſt: ⁊ quod cōburiť: ⁊ quod cōbuſtibile. Cōtingit eni cōbuſtibile eſſe: quod nō comburitur.**

⁋ Hec ē 2ª ꝑs 2ᵉ ꝑticule ſcḋe ꝑtis ꝑnˡⁱˢ huiꝰ capľi i q̄ phs oñdit ꝙ ꝑmꝰ motꝰ ē eternꝰ ex ꝑte poſt. ⁊ hec ē q̄rta ꝯ de añexis q̄ ꝓbať duplr. ꝑ ex ꝑte mobiľ. 2º ex ꝑte motoris. ſ. ibi [ Neq3 motuū. ] Prio igiť ꝯ ꝓbať ſic. Si ꝑmꝰ motꝰ corrūpereť aut mobile motū ꝑ motu manebit poſt corruptionē ꝑmi motꝰ aut nō ſed corrumpeť. ſi deť ꝙ mobile manebit poſt corruptionē ꝑmi motꝰ ⁊ mobile ꝑuſ mouebať ⁊ poſtea manet imotū opꝫ ꝙ i mobili fiat aliq̄ noua diſpoſitio ꝑꝑ quā geſcit cū ꝑuſ mouebať. ⁊ illa diſpō nō acqriť niſi ꝑ motū: g̃ ſi mobile manet poſt corruptionē ꝑmi motꝰ ſeqtur ꝙ poſt ꝑᵐ motū erit motus. ſ. ꝑ quē illa noua diſpoſitio acqriť: ſed hoc ē ipoľe. ſ. ꝙ aliqs motꝰ ſit ꝑmū motū. g̃ nō pōt dici ꝙ ꝑmꝰ motꝰ corrūpeť: ⁊ ꝙ mobile nō corrūpeť ſꝫ manebit. Si vō deť aliḋ mēbrū. ſ. ꝙ mobile motū ꝑ motu corrūpať cū motꝰ priꝰ corrūpať q̄3 mobile opꝫ ꝙ moᷝ corrūpať poſt corruptionē ꝑmi motꝰ ⁊ moᷝ dū moueť nō corrūpiť. ⁊ ſi corrūpiť nō niſi ꝑ motū: g̃ ſi moᷝ motū ꝑ motu corrūpať opꝫ ꝙ poſt ꝑᵐ motū ſit motꝰ. qḋ ē ipoľe. Vñ motꝰ q̄ ꝑᵐ moᷝ corrūpiť erit poſt ꝑᵐ motū. ⁊ ſic poſt ꝑᵐ motū erit motꝰ. vñ iſta rō ſupponit ꝙ poſt ꝑᵐ motū nō ꝑt eē aliqs motꝰ ſic añ ꝑᵐ motū nō pōt eē aliqs motus.

**⁋ Neq3 motū ⁊ mouēs. Et corruptibile igiť idigebit corrūpi: cū corrūpať: ⁊ huiuſ modi corruptiuū iterū poſterius. Corruptio eni mutatio quedā eſt. Si igiť h̄ ipoſſibile manifeſtū eſt ꝙ eſt ꝑpetuus motꝰ.**

